

*Der geistliche Richter des Bistums Chur entscheidet einen Zehntstreit zwischen dem Kloster St. Luzi in Chur und der Gemeinde Ruggell.*

*Or. (A), PfarrA Bendern, U6. – Pg. 31/20,8 (Plica 3,9) cm. – Siegel fehlt. – Rückvermerk (19. Jh.): Decimæ stupparum intra limites opidi Roggellensis per sententiam iudicis Curiensis monasterio s. Lucii adiudicantur sub Joanne abbate s. Lucii. Anno 1464. NB. Literæ speciales Nr. 4. Regest: Kaiser/Brunhart 1, S. 341. – Büchel, Urk. PfarrA Bendern, S. 92. – Büchel, Pfarrei Bendern, S. 28 und 136.*

l<sup>1</sup> In<sup>a)</sup> nomine domini amen. Iudex et officialis ecclesie Curiensis universis et singulis presentibus et posteris, ad quos nostre littere pervenerint, || l<sup>2</sup> salutem in domino. Cum noticia subscriptorum noveritis et noverint universi et singuli, quos nosse fuerit oportunitum, quod in causa decimarum || l<sup>3</sup> coram nobis mota inter reverendum patrem dominum abbatem monasterii sancti Lucii<sup>1</sup> ordinis Premonstratensis extra muros || l<sup>4</sup> civitatis Curiensis agenda ex una et comunitatem de Rungell<sup>2</sup> reos partibus ex altera pro parte dicti domini abbatis l<sup>5</sup> propositum fuit, quod licet decima stupparum ville Rungell iure spectaverit, pertinuerit, spectet et pertineat ad ipsum monasterium l<sup>6</sup> sancti Lucii fueritque ipsum monasterium in possessione seu quasi levandi, recipiendi et colligendi omnes decimas stupparum l<sup>7</sup> provenientes in limitibus dicte ville, nichilominus tamen rei quo spiritu ducti nescitur, quamvis pluries caritative requisiti, l<sup>8</sup> ut huiusmodi decimas darent, solverent et colligere libere dimitterent, [veritat]em<sup>b)</sup> rei contradixerunt, contradicunt, recusant l<sup>9</sup> et recusaverunt in grave preiudicium et dampnum non modicum monas[terii]<sup>c)</sup> antedicti, sed loco decime nisi sunt et nituntur l<sup>10</sup>olvere pecunias. Petitem itaque fuit pro parte prefati domini abbatis per nos nostramque sententiam diffinitivam pronunciari, l<sup>11</sup> decerni et declarari reis predictas recusacionem et contradictionem facere aut fecisse minime licuisse atque licere ipsosque ad dandum l<sup>12</sup> et persolvendum ac libere colligendum prefato monasterio sancti Lucii praefatas omnes et singulas decimas stupparum infra l<sup>13</sup> limites dicte ville provenientes compellendos fore et compelli unacum refusione expensarum lite igitur inter partes l<sup>14</sup> legitime contestata. Auditis hinc inde partibus concludoqu<sup>d)</sup> per nos negocio dictisque partibus nostram sententiam diffinitivam l<sup>15</sup> debita cum instancia postulata in hunc vero, qui sequitur, modum pronunciavimus: Cristi nomine invocato pro l<sup>16</sup> tribunali sedentes et deum solum pre oculis habentes ex coram nobis deductis et productis reis recusacionem et contradictionem l<sup>17</sup> facere aut fecisse minime licuisse atque licere ipsosque pro futuris temporibus monasterio sancti Lucii praefato decimas stupparum l<sup>18</sup> dare debere et colligere dimittere prout hucusque observatum fuerit decernimus, declaramus et pronunciamus sententialiter l<sup>19</sup> et diffinitive in hiis scriptis. Lecta et lata hec sententia diffinitiva Curie in loco consistoriali sub anno nativitatis l<sup>20</sup> domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto indictione duodecima die sabati septima iulii. In quorum omnium et l<sup>21</sup> singulorum presentes litteras nostri iudicii sigilli appensione fecimus roborari etc.

a) *Initiale J, 16,5 cm lang.* – b) *Loch im Pg.* – c) *Loch im Pg.* – d) *A statt conclusioque.*

<sup>1</sup> *Johannes Spanier, 1450-1474 Propst bzw. ab 1453 erster Abt des Prämonstratenserklosters St. Luzi in Chur.* – <sup>2</sup> *Ruggell.*